

tratus, que suis manibus natos exussisset, illam pregnantem, ut erat, ferro adgressus interemit, duosque uno vulnere sustulit. atque is ipse, ne quid malorum deesset, neu<sup>(a)</sup> sit quisquam ea familia superstes, vinctus huc deductus est ac presidi traditus, capitalem  
 5 propediem sententiam excepturus. vale<sup>(b)</sup>.

## CXXVIII.

ALMERICO DA SERRAVALLE A P. P. VERGERIO <sup>(c)</sup> (1).

[C, c. 274; BP 1223, c. 146 Bp].

SI mea quadam dicendi imperitia aut Illicarum occupationum  
 10 pressura diu ad te calamum continui, non est, amice, ut ullam tui parumpensionem aut mei negligentiam accuses. nichil enim aderat quod ingenium aut calamum excitaret. excussissem profecto si non stili rubiginem at saltem<sup>(d)</sup> scribendi segnitiam. non dubitas enim tu, qui iam veteranus in castris amicitie militas, amicum et  
 15 benefidum animum cum rudi etiam calamo posse monstrari. nunc autem, dum scribendi materia et ea quidem pergrata suborta est, ad te venio. illustris comes noster dominus Zacharias<sup>(2)</sup>, profecto tuus, cum de insita natura sua tum de instituto more bonos omnes corditer amat, sed eos doctos amat et colit. is etatis nostre deflet  
 20 ignaviam, in qua omnem virtutis sedem calcat improbitas. pontifices, principes et prelatos omnes accusat, quorum presidio egregia ingenia foveri solebant, nunc liberalitatem<sup>(e)</sup> inprimis, demum ceteras virtutes oblitos. universum orbem in avaritiam ambitionemque proclivem vera heu! nimium sententia condemnat<sup>(f)</sup>. quis

Zara,

20 marzo 1412

Scusa il suo lungo silenzio con la mancanza d'argomenti,

ma ora gli s'offre un'occasione grandissima.

Zaccaria Trevisan, che deplora l'avversa sorte dei dotti e virtuosi, incolpandone l'avarizia e l'incuria di coloro che dovrebbero averne cura,

(a) G deesse nec sit (b) C om. vale (c) Codd. senza titolo. C annota: « Respon-  
 « siva huius epistole est Inopia quam hic patimur ». (d) Bp profecto rubiginem et saltem  
 (e) C liberalitate (f) C condemnat

(1) Per Almerico da Serravalle ved. l'epistola LXXXXII.

(2) « Occupata nel 1412 la città di Sebenico nella Dalmazia da Leonardo « Mocenigo capitano del Golfo, fu posto « a reggerla... Zaccaria [Trevisan]

« come vicerettore, finchè vi fosse de-  
 « stinato uno stabile rappresentante »  
 (CICOGNA, *Delle Iscrizioni veneziane*  
 cit., vol. II, p. 87). Il Trevisan co-  
 nosceva il Nostro sin dal 1391, come  
 attesta l'epist. XXX.